

bante B. Calovio, *Syst. Theol. Part. I. p. 364.* More suo, qvod est,
Logice vim hujus argumenti Theologici exprimit sic B. Höpfli.
in Loc. Theol. I. p. 16. Paulus I. Cor. 2, 16. id multis hoc afferit ar-
gumentis (1.) à disparatis: distinguit enim sapientiam hujus secu-
li & principum hujus seculi i. e. Philosophorum à sapientia
DEI (2.) à propriis adjunctis; hanc enim doctrinam dicit esse in
Mysterio absconditam, ejusq; conditiones esse tales, quæ in cor ho-
minis non adscenderit, in principum notitiam etiam non venerit:
(3.) ab impossibili, & déxetatu, non capit ex se ratio & sapientia
humana, neg, judicare potest de rebus mere spiritualibus. (4.) à
repugnantibus; sapientia humana sibi soli relata & propter vitio-
sam applicationem suorum principiorum, ea quæ DEI sunt,
habet pro stultitia. Quid? qvod *Rom. IX. 7.* dicitur: *Sapi-
entia carnis inimicitia adversus DEum:* legi enim DEI non
subjicitur: nam ne potest quidem. Dum enim hic Apostolus
utitur voce inimicitiae, hac emphatica abstracti cum concreto
commutatione innuit, qvod hoc adeo sit adversum DEO, ut
non possit non hostiliter repugnare DEO: quicunque vero
non potest non sapere ea, quæ repugnant divinæ sapientiæ, is
divinam sapientiam propriis viribus assequi non potest. At
homo carnalis non potest non sapere ea, quæ repugnant sapien-
tiæ Divinæ. E. Qvicquid vero non assequi potest, de eo etiam
judicare nequit homo; judicium enim presupponit cognitio-
nem rei. Vid. mod. laud. B. Calov. *I. c. p. 365. 366.* Huc confe-
rantur porro S. Scripturæ dicta, *Rom. I. 21. Epb. IV. 18. it. V. 7.*
2. Cor. IV. 3. Matth. XI. 27. 1. Cor. II. 7. & in primis *Hebr. II.* ubi
conclusiones mere spirituales vocantur τὰ μὴ βλεπόμενα h. e.
quæ tam mentis quam oculorum acie perspici nequeant.

§. 4. Neque est cur dicere velimus, hoc verum tan-
tum esse de ratione irregenita, regenitæ vero ipsam conditio-
nem inferre rerum spiritualium Apprehensionem imò Compre-
hensionem. Neque enim restauratio illa Rationis humanæ
post lapsum ad summam facta est perfectionem, qvin etiamnum
luculentissima relata sunt vestigia, quæ de corruptione pristi-
na, uti totius naturæ nostræ ita in specie intellectus ac faculta-
tum cognoscitivarum abunde testantur. Tantum autem abest,